



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XXXI. Bischof Dietrich von Havelberg, der Probst Burchard und das Kapitel daselbst, nebst dem Dechanten Konrad zu Lebus, sidemiren eine päbstliche Bulle für das Nicolaistift zu Stendal, kraft deren ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

XXXI. Bischof Dietrich von Havelberg, der Probst Burchard und das Kapitel daselbst, nebst dem Dechanten Konrad zu Lebus, sidemiren eine päpstliche Bulle für das Nicolaistift zu Stendal, kraft deren ohne Willen des Stifts keine Synode in demselben gehalten werden darf, im Jahre 1326.

Thydericus dei gratia Havelbergensis ecclesie Episcopus, Borchardus prepositus eadem gratia et Capitulum ecclesie ejusdem, Necnon Conradus Lubucensis ecclesie Decanus, universis prefens scriptum inspecturis salutem in salutis auctore. Tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod ad instantiam honorabilium virorum Dominorum Decani et Capituli ecclesie Stendaliensis infra scriptam litteram inspeximus ac diligenter examinavimus ipsam inventientes non concellatam, non abolitam nullaque sui parte vitiatam, bulla plumbea, filo serico, stilo et carta integram, omnique suspicione carentem, Cujus tenor est talis: Clemens Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Alberto preposito et fratribus ecclesie de Stendale salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens postulatur a nobis, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et juxta petentium voluntatem consentaneam rationi effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate apostolica vobis petitionem indulgemus, ut nullam synodum in ecclesia vestra vobis invitis liceat celebrare. Auctoritate etiam apostolica prohibemus, ne quisquam episcopus vel prelatus personas vestras excommunicationi aut vestram ecclesiam presumat subijcere interdicto, salva sedis apostolice et ipsius legati auctoritate. Nulli quoque hominum omnino liceat hanc paginam indulgentie nostre infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lateranis II^o. Nonas novembris, pontificatus nostri anno secundo. In hujus rei testimonium et evidentiam sigilla nostra presenti littere jussimus appendi. Actum et datum anno incarnationis domini M. CCC. XXVI. in crastino Mauriti et sociorum ejus martirum beatorum, presentibus honorabilibus viris et dominis testibus ad hoc vocatis et rogatis videlicet Hartwico canonico Havelbergensi, Magistro Thyderico officiali ibidem, Bodone in Seonenhufen et Ludolfo in Bercholt ecclesiarum plebanis et aliis quam plurimis fide dignis. —

Nach dem Original des St. Nicolaistifts zu Stendal im Universitäts-Archive zu Breslau.

XXXII. Kaiser Ludwig's Bestätigung des Bisthumes Havelberg, vom Jahre 1337.

Ludovicus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Totiens Imperatorie celsitudinis ceptrum altius extollitur et ipsius status a domino, a quo procedit omnis potestas, felicius gubernatur, quotiens loca diuino cultui dedicata per nos benigna consideratione reguntur et ad ipsorum libertates seruandas et facultates augendas nostra gratiosa protectio feruentius excitatur. Cum enim omnis gloria siue potentia principatus in subditorum consistat solidata fortuna, expediens arbitramur, vt simus subjectis in iusticiis faciles et in gratiis liberales. Proinde nouerit omnis prefens etas et futuri temporis successiua posteritas, quod nos deuocionem sinceram venerabilis havelbergensis ec-